

Divina affulgente gratia,

DISCURSUS POLITICUS

INAUGURALIS

De

NOBILITATE

Quæritur

Decernente & Approbante amplissima

Facultatis Philosophicæ, in Regia Academia

CHRISTINEÆ, Collegio;

DIRIGENTE VERO

Consultissimo & Clarissimo Viro,

M. MICHAËLE O. WEXIONIO

Polit: & Hist: Prof: Celeberrimo, Facultatis

Philosoph: p. t. Decano, Præcepti, Fautore ac Promotore

ut promptiss. ita parentis loco ætatem hono-  
randissimo.

Pro Magisterij Philosophici Privilegijs

Examini publico subjicit

JOHANNES M. GARTZIUS

Arbog. S. R. M. Stipend.

Ad diem 13. Febr. loco & horis solitis.

Ps. 31. Volve super Dominum viam tuam & spera in eo, &  
ipse faciet.

---

ABOÆ Petrus Waldi Acad. Typogr. 1647.

ILLUSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO  
DOMINO

DN. PETRO BRA

HE/ COMITI IN Wisingsborg/  
L. B. IN Niddeholm ET Lindholm/ &c.

REGNORUM

SVECIAE

GOTHIAE

WANDALIAE q;

SENATORI PRUDENTI

ET

DROTZETO FIDO,

PARLAMNTI REGII HOLMEN-

SIS PRÆSIDI AC DIRECTORI EXCELSO

REGII q; LYCEI ABOENSIS CAN-

CELLARIO MAGNIFICENTISSIMO

NEC NON

VESTMANNIAE, MONTANORUM

ET DALEKARLORUM JUDICI PRO-

VINCIALI GRAVISSIMO

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

Disputationem hanc inauguralem, in spem

Studiorum suorum promovendo,

rum, submissè inscribit, dedi-

cat & offert

*Auth. & Resp.*

Epistola Dedicatoria.

**D**Ecebat quidem, Illustrissime Comes, Domine Clementissime, in primis dignitatis & magnificentiæ Tuæ Excellentie habere rationem, ne quid ad Excell: Tam, nisi dignum sublimitate ista, dignum tanto iudicio offerretur. T. & E. me tamen invitavit favor, obsequij necessitas impulit, ut Discursum hunc tenuem & quasi vagientem de Nobilitate sub T. & Excell. Clypeo in publicum emitterem. Id esslagitavit præterea Generis splendor avitus. Tu Comes Illustrissime ex antiquissimæ nobilitatis, nobilissimarumq; virtutum, apud REGES SVEONUM præcos ob præclaram difficilimis temporibus, consilio, re, ope, operam navatam notissimis natus, eminentiam avitam, egregiè auctâ virtutum, insigniorum Catervâ quoquo versus longius latiusq; diffundis. Hinc est quod ob insignem eruditionem, eloquentiam, linguarumq; diversitatem; Ob consiliorum prudentiam & in rebus agendis vigilantiam; Ob constantiam & animi magnitudinē DIVA SEPTENTRIONALIS MAIESTAS Tam Excell: ut esset à Sanctissimis Consilijs elogit, ac in Regno locum secundum assignavit.

Divinitas hæc quædam est generis, non hu-  
manitas, sublimitas non gloria; quam me-  
lius exprimere nequeo, quam tacendo. *Ab-*  
*stinuissem ab hac compellatione propter egregiam*  
*illam Excell: nisi hæc beneficâ esses naturâ, cui ne-*  
*quidem infima Musa potissimum Fennica displicet.*  
*Cum Author post Gloriosissimam Reginam sis no-*  
*stri Lycei, incrementa dedisti; Summa procura-*  
*sti: & tandem Excell: T.æ non abnuit Cancel-*  
*larij onus hujus Academiæ sibi imponi. Tantas*  
*virtutes novit æstimare prudens, nostrum*  
*est venerari, quæ oculis cernuntur â nobis,*  
*vicinis ac dissitis. Et hæc ipsa magis admi-*  
*ratione quam oris & styli venustate appa-*  
*rent. Huic ne igitur Numini reddenda ratio stu-*  
*diorum? Sic autumo. Religioni itaq; habui sub a-*  
*lius Clypeo & Tutela, aliquod ingenij specimen pu-*  
*blicare, antequam T.æ Excel: obsequentiissimus me-*  
*us aliquo argumento, comprobaretur animus, quo*  
*Tua Excel: me gratum judicaret. Interea porro*  
*Magnifice Comes, magna observantia exiguum*  
*pignus solita comitate tua suscipe, (Maturiora ma-*  
*turior ætas DEO DUCE dabit) nec quam munu-*  
*sculum hoc chartaceum vile, sed qualis offerentis sit*  
*animus*



animus clementer aestima; neq; mea; studia ex-  
celso patrocinio & Clypeo (licet non videar de eo  
meruisse) complectere tamen. Quod faciens vehe-  
menter me ad sublimiora confirmabit, & ad stu-  
dia percolenda curam simul augebit ac animum  
addet, ut tandem Politicarum Rerum instructior  
Patriæ qualemcunq; operam prestare queam, ad quã  
assequendam, ingenium quemq; animum ita infla-  
matum esse convenit, ut neq; laborum molestiã re-  
vocetur, neq; itinerum difficultate abstrahatur,  
quod me pro ingeniolo facturum confido sancteq;  
confirmo. Votum agnoscat Illustrissimus Comes anhe-  
lantis aliquod suæ in T. am Excell: observantiæ, perpetuiq;  
obsequii monumentum sacrare; Et literariis conatibus Co-  
nantis Patriæ dulcissimæ se devovere velificari incipe & patro-  
cinari perge. Quod si à gratia & favore Tuæ Exce. quã probos  
omnes & Musarum alumnos amplecteris, sperare licuerit, nã  
ego mortalium felicissimus serid gaudebo & triumphabo.

Aboæ Fenno-  
rum, 1. Kal.  
Febr. 1647.

Excellentiss. nomini Tuo

devotissimus

&

Humilimus Client

Joh. M. Gartz. Arb.



*Ad Candidum Lectorem.*

**I**Nter scientias per quas mortalium excolitur ingenium, & plurimum per se eminere, & lumen eximium cæteris adferre Philosophiam, constanti eruditorum censurâ, longo seculorum decursu, omnibus in confesso fuit. Si quam enim *primus cujusq; boni autor* eminentiam illi conciliare potest; Deus est. Si quam *finis* eminentiam ei afferre potest, quid veri contemplatione & honestâ actione divinius aut dignius esse potest. Deniq; si quam *subjecti amœnitas, & objecti jucunditas*, facultati alicui eminentiam comparare potest, sane quæ in cæteris reperiuntur singula, ea in hac quodammodo concurrere videntur universa. Hujus atrium â prima ætate ingressus haud longè adhuc progressus, qua-

qualiacunq; sequutura eruditionis po-  
sui fundamenta. Præstiti in hoc stu-  
diorum genere quod potui non quod  
debui. Mihi & voluisse & tentasse  
satis fuerit. At cum Philosophiæ stu-  
dium non ita tractaverim, ut in eo hæ-  
rere voluerim, impellit ætas, hortatur  
futurum vitæ genus ut jam jam animū  
ad superiorem facultatem adjungam.  
Non abs re tamen esse duxi, ut in pri-  
mis prodirem & publicum quoq; nava-  
tæ in hoc Studiorum genere operæ, spe-  
cimē aliquod darē, longè alia licet mihi  
â meis æqualib' mens sit. Ingeniorum  
libamenta edunt & illi, sed ut Magiste-  
rij gradu brevi honorentur, Gratulor  
ipsis ex animo honores. Ego v. eosdem  
certis de causis nunc temporis non am-  
bio, hoc duntaxat intendens, ut pro-  
gressu temporis, si istum gradum mihi  
pro-

profuturum cognovero, quo jure alij  
nunc eum petunt, eodem & ego, exhi-  
bito hoc ingenij specimine, à veneran-  
dâ facultate consequar. *Ausu quodam*  
*magno, ac juvenili animi impetu hoc factum, indi-*  
*gnius à quibusdam judicabitur: Non admodum*  
*repugno, interim tamen cum ex sapientum monitu,*  
*omnes boni, juventutis studijs faveant, quaeso, ne in*  
*se tam injuri esse velint, ut propter hunc meum co-*  
*natum ex bonorum numero se excludant.* Sed  
ad Materiam. Spero meliora! Hoc dignû  
Cæsaris animo. id etiam tentare, quod præ-  
stare nequeat. Scal: Exerc: 52. Hoc ergo ut  
feliciter cadat largiatur **DOMINUS DOMI-**  
**NANTIUM.**



Rien sans Dieu.

DISCURSUS

De

NOBILITATE

Thesis I.

Quamvis Virtus per se expe-  
tenda, quippe quæ sibi suffi-  
ciens & eminentiâ suâ contenta,  
tamen quia homines naturâ ita fe-  
rè comparati sunt, ut vix ad illius  
culmen adspirent, nisi quodammo-  
do flectantur & invitentur: Id-  
circo prudentum institutis Divini-  
tus constitutum ac dispositum repe-  
ritur, ut præmia rectè factis in re-  
publica proponantur, quo Cives  
non tantum Studio & amore vir-  
tutis, sed & spe beneficij, ad vitam

A

civis

*Civilem alliciantur. Inter quæ  
præmia familiam ducit & princi-  
pem tenet locum Nobilitas, flos  
& decus generis humani & virtutis  
incitamentum egregium.*

An sit

2. Quam tamen multi rationi-  
bus aliquot fulti spreverunt, eamq;  
ramenta, rem fictam & præpoten-  
tum Civium Commentum asseru-  
erunt; rerum omniū originē nimis  
scrupulosè scrutantes, omnib<sup>9</sup> nō tan-  
tum idem tribuerunt *exordium*, sed  
etiam *similem successum & progressum*:  
unde illis nati vulgares versiculi.

*Si pater est Adam cunctis, si ma-  
ter & Eva,*

*Dic cur non simus nobilitatē  
pares.*

3. Verum isti mortales ex com-  
muni principio omnium homi-  
num, nimis liberaliter concludunt  
omnium æqualitatem: *non enim  
quia omnes herbe ex terra nascuntur, omnes*

eandem habent virtutem; Et multum  
interest ad fructus plures, & vaviores,  
elegantioresq; edendos, ex qua fur-  
culus evellatur arbore.

4. Idem obtinet non solum in  
arboribus & herbis; sed in *firmamento*  
astrosum multitudine nobili,  
quæ non tantum ordine ac specie,  
sed etiam virtute inter se longè dis-  
miles existunt. Quod etiam vide-  
re est in *elementis, metallis, lapidibus,*  
*volatilibus, piscibus, terrestribus anima-*  
*libus, &c.* Et si natura vim & universi  
terrarum orbis conditionem intueamur,  
nihil occurreret, quod non vel cætera digni-  
tate vincat, vel ab alio rerum genere su-  
peretur. Cognoscemus quemad-  
modum omnes rerum formæ inter  
se dissimiles sunt, ita in nullis ean-  
dem prorsus vim esse & potentiam.

5. Quæ Excellentia naturalis ut  
in sempiternis rebus semper manet, ita  
in ijs quæ oriuntur & occidunt, virtute  
quadam seminis in sobolem ipsam insun-  
ditur.

Hippolytus  
à Collibus  
de Nob. p. 02  
sic: 1. 2. 3. 4. 5.  
6. & 7.

Probat  
dari Nobi-  
bilitas.

6. Quum itaq; in rebus mutis bellis, & ceteris omnibus, videamus hunc ordinem servari, quid mirum si in homine, omnium animantium, principe, id observetur? Magni interesse remur, ad feram indagandam fallendamq; vel ad eandem persequendam, quali ex genere canis sit procreatus. Ex qua arbore furculus detractus inquirimus. Multo magis ad vitam recte atq; ex virtute gerendam refert, ex quibus parentibus homo natus sit; an ex ijs qui nunquam actionem aliquam laude dignam ediderunt, an his quos ardens evehit ad altera virtus.

Ab ipsa  
natura.

7. Non itaq; i. Natura repugnemus quæ differentiam constituit insignem, cum alteri ex meliori luto fingit præcordia, ad virtutem & actiones virtuosas prona, alteri rigida & frigida concedit pectora, neq; ad sceptrum neq; plectrum apta. Observamus præterea quotidie accidentia, quæ in parentum corporibus visum



etur generatione transferri in sobolam;  
Temperamentum quoque morbos & simi-  
lia; quidni igitur & animorum  
cum corpore complicatorum pro-  
pensiones; quæ ut plurimum tem-  
peramentum corporis sequuntur.  
in sobolem propagari queant. II.

Reipub: incolumitati: flagitat n. dif-  
ferentiam hanc Salus Reipub: par-  
tim propter conservandam distin-  
ctionem familiarum in genere hu-  
mano; partim propter ordinem in  
repub: & propter belli tempora; ut e-  
tiam illustre conspiciatur discrimen  
virtutis & vitiorum, laboris & desi-  
diæ, &c. Nam si idem esset honos, illis  
qui rastro philosophantur, & qui sceptro  
presunt publico, omnis utique interiret vir-  
tutis amor ac ardor, ac bipatens desidia  
aperiretur porta. III. Sacris Literis,

Non enim solum legimus Saulen-  
in V. T. Immanis Goliathi debella-  
torem, nobilitatis libertate donare,  
constituisse; Sed etiam nobiles in

2. A Neces-  
sitate.

3. Ex Sacra  
pagina.

1. Sam.

17. 25.

N. T. extitisse quorum mentio fit.  
Luc. 19. 12. 1. Cor. 1. 26.

Etymolog. 8. Obtentâ quæstione An sit;  
Augustissimi nominis ( Nobilis &  
Nobilitas ) Etymologiam porro in-  
dagaturi, non moramur eos qui *no-  
bilem* dictum putant *quasi non bilem*,  
cum Etymologia hæc erronea est  
( ut & illorum quibus ex præconce-  
pto odio, *Nobilis* dicitur *quasi Nobis lis*,  
quia fastus & superbia, ut plurimum  
nobilitatis est pedissequa ) ex Cen-  
sura Grammatica, non solum quia  
analogia manifestè repugnent, sed  
quod nec ipsa ratio satis congrua  
videatur, nec simile nomen à tali  
verbo deductum facile quis inve-  
niat.

9. Sed nos cum alijs rectius de-  
rivari statuimus à *Noscendo* ( hinc *Nobi-  
lem* dici quasi *noscibilem*, *Nobilitatem* autem  
quasi *noscibilitatem* ) tum ob pulcherri-  
mam literarum Symphoniam, tum  
ob maximam cum re ipsa conveni-  
entiam: *Propter doctrinæ exquisitæ co-  
piam*

Tiraq: de  
Nob: c. 2,

*piam, virtutis splendorem, dignitatis atq;  
authoritatis eminentiam, ab omnib<sup>9</sup> co-  
gnosci possit & debeat, unde nobilis anti-  
quitas scribebatur per G. Gnobilis Ti-  
raq: c. 2. de Nob.*

10. Hic non abs re fore arbitre-  
mur originem & progressum hujus  
vocis ex Tiraquello, Arist: & Johan.

Damasceno annotare, ex quibus li-  
quet Nobiles olim dictos fuisse qui aliquo nomine  
vel titulo, virtutis sive vitii aut aliter noti & homi-  
num fama celebrati erant; sed ut tempus omnia  
immutat, & ea quidem interdum in melius, in-  
terdum in peius; eò postea processum est, ut no-  
bilis ferme non nisi cum laude diceretur, & eos  
qui alios virtutibus, scientiâ, divitiis, industria,  
eloquentia, re militari, reipub gubernatione, sua,  
aut maiorum dignitate, aut alia quâvis excellen-  
tiâ nō vulgari & ea quidē nota & celebri anteirent;  
divini quodam modo existimarentur, habe-  
re; quippiam maius atq; augustius quam ceteri  
homines; ab iisdem fontibus prodierit nobilitas  
ipsa, atq; falsa illa divinitatis opinio, cum vera i-  
psa Divinitas non satis esset hominibus cognita.  
Nam ut illos propter quandam supra vires huma-  
nas excellentiam, ut vulgus existimabat, Deos es-  
se credebant, ideoq; illis Simulachra, Statuas, &  
Imagines consecrabant, palâq; & in foribus tem-  
plorum ædiumq; publicarum ponebant. *Hujus-*

*modi opinionem confirmant prisca, qui no-*

Initia huius  
vocis &  
progressus.

Tiraq: c. 2.  
de Nobil.

Arist: lib.  
pol. 4. c. 3.  
& 4.

Joh. Dam.  
circa initia  
lib. Hæres.

nobilitate illa majorum gloriabantur, u-  
num sua nobilitatis fundamentum jacta-  
bant, se majoresq; suos Dijs Deabusq; ge-  
nitos & procreatos esse. quod nos legimus  
passim, de Achille, Alex: M. Hercule,  
Romulo, Theseo, &c. Et quid Virgili-  
us toties inculcat; Nate Dea. Quid  
Homerus aliud significare voluit,  
cum Reges & alios præ cæteris No-  
biles, Jovis filios & alumnos vocat.  
Sed properabimus ad alia.

II. Nostratib<sup>9</sup> Nobilitas dicitur *Ad-  
dell* / quã vocem non nulli deducunt  
â *Germanorum Adler* / quæ aquilam  
avem vitijs & rapinis deditam signi-  
ficat. Sciendum tamen est nomen  
illud purè Gothicum & Longobardicum  
non peregrinũ esse, juxta proprietatẽ  
idiomatis Svecici igitur est interpre-  
tandũ; Sonatq; nostra lingua prisca  
*Odhal* vel *Adhul* quæ vox componi-  
tur ex *Odh* vel *Odhe* quod proprie-  
tatem & possessionẽ olim significa-  
vit, & *Uudh* vel *Ull* quod universum  
connotat; Unde Gothicum illud



*Allodiale* vel *Allodium* prædia ab omni  
exactione libera & soluta signifi-  
cant, & ita alicujus propria ut à ne-  
mine, nisi Deo & majoribus reco-  
gnoscantur, quamvis coronæ & Ma-  
jestati urgente necessitate militare  
teneatur. Talia prædia *Allodialia* vete-  
ribus *Uduljord dicta*, nobilibus in nostrâ pa-  
triâ concessa videntur, ut eo majori studio  
publicis officijs incumbere liberaliterq; e-  
ducari queant, nec, dum vita sustentan-  
da aliunde subsidia in sui, suorumq; emo-  
lumentum querunt, fasile è necessarijs  
muneribus avocari possint. Dicuntur  
etiam de jure nostro *Frelsmân* per  
excellentiâ, id est, *Liberi* non tan-  
tum quo ad personas, sed & bona,  
prædia & possessiones.

12. *Coguitâ* vocis pro *sapiâ*, con-  
sequens est Nobilitatis *ambiguitatem*  
discutere, quum illa multorum errorum  
*fecundissima mater* esse soleat. Spurias  
igitur significationes à *Genuinis*,  
quantum quidem pro re nata suffi-  
cere judicamus, ventilabimus.

Sumitur I.  
Genericè.

Sumitur autem vel *Genericè* vel *Specificè*. *Genericè scilicet* 1. *Nobile est* quidquid aliqua in re, bona vel mala excellit, & propterea vel omnium ore circumfertur, vel historicorum calamis perstringitur; quo sensu Greg. Kollenhag: Quintillam quæ se nunquam virginem noverat *Nobile scortum* appellat. Et Tacitus l. 13. anal: Poppæam eijurati pudoris fœminam, *nobilem* dixit. 2. *Nobiles & Nobilissimi* vocantur, qui in eminentia sunt constituti. *Quæ Nobilitatis acceptio, complectitur omnes ordines & dignitates, magistratuumq; munera, quæ tum suapte naturâ nobilia, tum nobilibus & illustriorib<sup>9</sup> viris competunt,* prout Imperator ipse appellatur *Nobilissimus* l. 3. ff. de Natali rest:

Kichner, de  
Rep. Disp.  
12. Th. 1.

13. Sub hac acceptione in nostro regno, *primum* occurrit, *Sacra Regia Majestas*, non duntaxat *Subjektivè* & in gradu excellentissimo, sed & *causaliter* nobilitate beata, comparatur enim *Oceano*, à quo omnes libe-

*liberalitates, jurisdictiones, feuda, nobilitates, & privilegia fluunt ac resluunt, & veluti rivi à fonte in alios derivantur: & audit numen terrestre, in quo thesauri omnium dignitatum recogniti sunt. Hæc Majestas cum non ab alio, sed principaliter à Deo dependeat, cujus vices hisce in terris gerit vocatur Sacrosancta. Undè etiam meretur quasi Divinos honores & duplicatos: cujus humeris onus difficilimum & amplissimum incumbit. Nam, quid aliud est imperare, quam periculosissimam navigationem suscipere, ubi tot maria impetiosa, tam varij & adversi venti, tot scopuli altissimi, tot Syrtes latentes & mutabiles, tot pyratae crudeles, qui navem imperij infestant. Scilicet tot animos innumeris affectibus sævientes, omnemq; vim legis interdum excutientes, unico Imperij jugo continere; vulgus ut equum indomitum, rectæ rationis freno constringere; Justitiam exercere, hosti resistere,*

Sixtin: de  
Regal: l. 1.  
c. 4. n. 5.

sup:

superbos deprimere, humiles extollere, innocuos tueri, & vitam animamq; toti corpori civili imperitari, *an non est difficilimum?*

14. Res tantæ molis, ut nisi Deus ter. opt. max. qui eligit Reges populo suo & iudices filiorum suorum; ipse suâ gratiâ adsit, quò Magistratus sit oculus videns & subditi Auri audiens: tanto oneri ferendo q̄s sit impar.

15. Hinc nobis ansa data est, sicut & omnibus esse potest, ut patria nostra charissima ex animo gratulemur, quod in ea Deus T. O. M. ab immemoriali jam tempore pios Reges & Principes, admiranda virtute & inusitata felicitate regnare voluerit. Quid v. in specie Stirps Gustaviana; Sereniss. ac Potentiss. Regina CHRISTINA, Domina nostra Clementissima, nulli propè Regum, vel pietate, vel clementia, vel animi magnitudine, vel rerum gestarum gloria & potentia inferior hisce temporibus præstiterit, totò terrarum  
orbi



orbi innotuit. *Sit pia, felix, inclita,  
victrix & triumphatrix semper augu-  
sta.* Et possem profectò simplissi-  
mè, de Regum & Principum emi-  
nentia quomodo sc. *virtute confor-  
manda & Majestate ac benevolentia con-  
firmanda foret, discurrere, verùm cum  
instituti ratio non feret, reliqua lubens,*

..... Spaciis exclusus iniquis,

Prætereo atq; aliis post me memoranda relinquo.

16. *Summæ Majestatis fastigio  
evoluto: Consequens est cæteros  
gradus Nobilitatis enodare; Post  
itaq; Regiam Majestatem, Nobiles aut  
sunt Perpetui aut Temporarij.*

17. *Nobiles perpetui sunt, quorum* Nobiles  
*Nobilitas ad heredes transit. Tales* perpetui  
*sunt Principes, Duces, Comites,  
Barones, &c.*

18. *Principis Nomen olim soli  
Imperatori tribuebatur. ff. de Const.  
Prin; usu jam factum est generalius,  
ut & Reges Duces, &c. vocentur.  
Duces & Principes. Regum v. filijs vivo  
parente Rege, in Regnis Principum  
nomen*

nomen tribuitur, Sic *Johannes* filius  
Gustavi Primip. m. antequam in  
Regem Svecorum eligeretur, Prin-  
ceps Fenningiæ vocabatur. *Adver-*  
*tendum tamen hic est ante ejus tempora*  
*Regum filios titulo Junfare contentos*  
*fuisse.* Sic filius Regis Mag. *Smeef* in  
litteris quæ dabantur in Warberg A.  
1343. in Hallâdia titulo hoc salutatur,  
*Ute Wij Hans R. M. & Aldre Son*  
*Junker Erieh/ &c.* Per aliqua retrò se-  
cula nulli fuerunt Principes indigenæ in  
Svecia, qui originem non traxerunt ex  
familijs Regijs. Ubi obiter notan-  
dum, nullam ferè differentiam ef-  
se inter *Duces* (*Hårtighe*) & *Principes*  
(*Förstar*) nostros, nisi quod alij sint  
Magni *Duces* & *Principes*.

19. Qui tituli sunt maximè il-  
lustres, cum & ipsa S. R. M. tas his  
titulis gaudeat. Sic *Sereniss: nostra*  
*Regina CHRISTINA* scribit. *Ma-*  
*gna Princeps Fennorū & Dux Careliorū.*

20. *In Imperio Romano præterea*  
*varij recensentur nobilitatis gradus nobis*

incogniti. Sunt enim Marchiones, Duces, Landgravij, Comites Palatini, & alij ejus generis, quos sollicitius huc inferri operæ pretium non est. Patriæ statum aliquantò plenius intuebimur.

21. Cæteri Nobilitatis gradus

in Sveciâ nostra ad tres classes non incommode referuntur: Ita, ut *Sub Prima Classe contineantur* 1. Comites quorum dignitas à remotissima hominum memoria, in hodiernum usq; diem, apud Sveones Gothosq; velut præmium quoq; præclarorum facinorum, plerumq; collatum fuisse; testatur Joh. Messenius antiquitatis Studiosissimus. Quam tamen aliquantisper delituisse, in Coronatione v. Regis Erici XIV. Anno æræ Christianæ 1561. 29. Junij Upsaliæ admodum splendidè celebrata postliminiò revocatam, testatur idem. *Tres enim Viros Nobilissimos Comitum honore beavit; nimirum Dn. Svantonem de Hôrningholm/ Dn. Petrum Brahe de*

1. Classis  
Nobiles  
1. Comites

Theat:  
Nobil.  
Svecanæ.

vid: Spec  
26. cap.

Rid

Nidboholm/ qui ad huc in stirpe vi-  
vit; ejus enim Nepos est Illustrissi-  
mus Dominus, DN. PETRUS BRA-  
HE, Comes de Wisingsborg/ L. B.  
in Nidboholm & Lindholmen/ &c. Se-  
renissima M. tis ac Regni Sueciae Drotse-  
us & Senator, Iudicij Regij Stockhol-  
mensis praeses; Academia hujus Aboën-  
sis Cancellarius Magnificentissimus, &c.  
Dominus noster Clementissimus. Et  
Gustavum Johannis de Haga. Hu-  
jus exemplum imitati deinceps, Sereniss:  
Rex Johannes III. qui Dn. Stenonem  
Erici vitâ pro libertate patriae vindican-  
da defunctum in consolationem Uxoris  
Derelictae, & sobolis superstitis ornamen-  
tum Comitem proclamavit. Et Glo-  
riosiss: Rex GUSTAVUS ADOLPHUS  
Victoriosissimo Exercitus Duci Dn.  
Jacobo De la guardie Comitum  
meritissimè tradidit. Hinc etiam  
non ita pridem mota, Sacratissima  
R. M. tis, Illustrissimo & Excelso  
Heroi, S. R. M. tis Regniq; Sueciae  
Cancellario Dn. Axelio Oxenstierna

ob in-



ob infinitas admirandâ prudentiâ, dexte-  
ritate & felicitate exantlatos labores &  
devoratas molestias Comitem de Söder-  
møre jure optimo proclamavit.

22. Comitum familiæ superstites hâc  
tempestate in Sveciâ nostrâ IV. duntaxat  
inveniuntur. 1. Braheorum. 2. Comi-  
tum de Raasborg/ Letjonhuswun dicti  
3. De la Guardia & 4. Oxenstier-  
niadum.

23. II. Barones: quorum authori- II. Barones;  
tas, nulli Sveonum in amplissimo Gotho-  
rum imperio, ante memorati Regis Erici  
XIV. gubernacula fuit impetit; (ut au-  
thor est Messenius) Ille enim Baronum  
titulo & stemmate primus adornavit,  
Gustavum Olai de Torpa; Steno-  
nem Erici de Gressnâås; Birgerum  
Nicolaj de Wijnâås; Gabrielem,  
Christierni de Mörby; Laurentium  
Flemming de Sundholm; Carolum  
& Georgium Gere, de Byrckewijf &  
OllenSö/ germanos; Claudium  
Christierni de âminne; & Ericum  
Gustavi de Gresteen. Cujus vestigijs

*insistens Rex Johannes hoc nomine  
XII. vel potius magnifica virtute ipso-  
rum Candidatorum permotus, pari honore  
ornandos voluit; Nicolaum Gyllen-  
stiern de Lundholm & Foglewijf/ Regni  
Svecici Cancellarium; Hogenschildum  
de Läckö; Pontum De la Guardie,  
natione Gallum, & Ductorem exercitus  
contra Moscum; ac deniq; Claudium  
Flemming de Swidia. Deinde yisdem  
heroicis virtutum Ornamentis superiori  
seculo motus Rex Potentiss, Carolus IX.  
Svantonem Bielle de Kraferum Re-  
gni Cancellarium; Nicolaum Bielle  
de Salestadh/ atq; Abrahamum  
Erici, de Eleberga/ eodem dignitatis  
ornamento insigniuit. Ut & ejus fili-  
us, Serenissimus Gustavus II. b. m.  
hoc nostro seculo, virtute bellicâ specta-  
bilem Heroa Carolum Gylldenhielm de  
Berquara ac Sundbyholm/ S. R. M. tu  
Regnorumq; Sveciæ Architalassum,  
Regiæq; Admiralitatis Supremum  
Præsidem, ob magnifica in nata-  
le Solum merita & arumnosam, squalidâ  
atq;*

atq; diuturnam admodum Captivitatis  
conditionem, in Polonia toleratam, jure  
meritissimo Baronis titulo munivit. Hac  
quoq; eminentiâ decoravit, Perillu-  
strè quondã & Generos: Dn. Johan.  
Slytte p. m. de Duderoff / Præceptorem  
suum eximium.

24. Horũ igitur familiã hodiè ix.  
superstites perhibentur, sc. 1. Baro-  
num de Torpa / de Capricorno vel  
Steenbockar cognominatorum. 2. Dy-  
rensterniadum, 3. Horniadum de  
åminne / 4. Gyllensterniadum de  
Lundholmen. 5. De La guardie que  
expiravit, nisi quatenus in Comitibus  
adhuc viget. 6. Erat etiam Baro-  
num titulus Stencker apud nos non ita  
pridem in usu, ex quibus tamen p. t. ne-  
minem in patria novimus. 7. Sielkio-  
rum de Salestadh. 8. Gyllenhielmia-  
nam, 9. Slyttorum de Duderoff.

25. Ad secundam classem refe-  
runtur ij quorum Majores in ordinem  
Senatorum, vel olim vel nuper lectos  
fuisse, probari & evinci possit. Quales

hoc tempore feruntur; Lilliehöök; Krusar; Rynningar; Kurkar; De Förstena; Båtar, Flemmingar; Rynlar; Gyllenstierner de Nynäs; Lillier; Sparrer; Biellar/ de Åkeröd; Blssparrer: Soopar; Bänder; Hoornar de Kanfas; Steina qd Diei & noctis insignia refert. Stiernekiölder; Pässar/ Ribbingar/ Zottar; Lätjons hufvund de Skeberg; Raggar/ Bärens. Et alii quorum dignitati nostrā ignorantia nihil derogare putamus; quod & de aliorum dignitatibus intellectum volumus.

26. *Haec classes licet habeant aliquid majus prater vulgarem & communem cæterorum Nobilitatem, non tamen ob id perdunt Nobilium appellationem, cum, Maior dignitas superveniens non collat privilegium minoris, & Constitutum ob favorem alicuius non debet in damnum eius converti.*

27. Class:  
Nob.  
27. Specificè

27. Tandem 3. ut ad specificam (strictissimā puta) acceptionē accedam<sup>9</sup> occurrit Classis eorū, q̄ propter virtutem & merita, vel ipsi, vel in majoribus suis, à S. R. M. te insignibus & privilegijs



vilegijs Nobilitatis, sine superiori Com:  
 vel Bar: titulo sunt honorati; aut etiã  
*alibi nobilitati* hic v. in *Illustre Colleg:* so-  
 lenniter recepti approbati & in albũ  
 relati. *Horum numerũ precise determi-*  
*nare in proclivi non est, cũ is à puro arbi-*  
*trio summa potestatis dependeat.* Ultra ta-  
 men 150. in nostro Regno reperiun-  
 tur, de quibus aliã. Si fata permiserint uberio-  
 ri edocti certitudine & meliori otio scribere non  
 detrectabimus **Definitionem statim**  
**subjungemus: De Nobilitate Tem-**  
**poraria verbo duntaxat hic acturi.**

28. Nobilitas Temporaria est,  
 quæ ad heredes non transit; qualis  
 olim fuit ordo patricorum (in Imp. Rom.) Con-  
 sules Honorarii dicti: hodie sunt Comites Palatini,  
 quales sunt qui hoc titulo ab imperatore donan-  
 tur. Sunt Equites Aurati; quorum (in Imp.  
 Rom.) alii nullum instituunt collegium; ut  
 sunt Equites Hierosolymitani, *qui etiam olim*  
*in N. Patria præcipuo dignitatis loco cen-*  
*sebantur ob peregrinationem illam onero-*  
*sam & votivam susceptam ad sepulchrũ*  
*Hierosolymis: hinc reperiuntur etiã hodiẽ*  
*prædia peculium S. sepulchri cognomina-*  
*ta, illi ab Equitibus Svecicis quondam*

Nobil.  
 Tempor.

Besol. l. r.  
 II, c. p. 64.

donata, jam v. fisco Reip. merito adjudicata. S. Catharinæ &c. Alij Collegiū & Societatem constituunt, ut sunt Crucigeri, Ensiferi, ordo Theutonicus, & Equites Torquati.

29. Equites Auratos quos nostra Linea, *Middare* appellamus, apud nos diutissime in usu fuisse, testatur Historicorum Consensus, Riturū conferendi hanc Dignitatem suggerit *Olaus Mag.* his verbis.

Factā igitur iuxta præmissas Cæremonias, apud Deum & Homines omni ævo Commendabiles, Coronationes; ipse Rex secundum formā antiquarum legum regnorum suorum nova privilegia diverso hominum statui; quatenus & quibus opus sit, liberaliter concedit vel pridem ab antecessoribus concessa, restaurat & augeat. Demum Milites auratos, feudis abundantè distributis, Cingulo, ense & Clypeo præstitis, tali tamen interveniente juramento, &c. Horum magna dignitas semper fuit, à qua non abhorruerunt Illustrissimi Viri.

30. Illud v. notandum est; Equites auratos, vel ita simpliciter nominari, vel certi alicujus Ordinis, & ex peculiari objecto additā denomina-

lib. 14. c. 7.

Varii ordines Equitum Aurat.

tione

tione, quales *Aurei Velleris* in Hispania; *Du Saint Esprit* in Gallia; *Aurea Periscelidis* in Anglia, &c. Sic *Serenissimum olim Regem Gustavum II.* & *M. ut & Fridericum Palatinum Regem Bohemia,* &c. hos honores non detrectasse novimus.

31. His ita præmissis & pro instituto declarata vocis acceptione, jam brevi verborum complexu, *Definitionem Nobilitatis Realem* subjungemus. *Nobilitas est dignitas (Excellentia) quadam eminentior persona Idonea, quam illa à Principe, aut alio non recognoscante Superiorem, ob virtutes reip: & vita communi salutare & commodas acquisivit; vel à parente per sanguinem in se derivatam possidet, quâ plebejorum numero eximitur & multis privilegijs ornatur in reip: salutem.*

Nobilitatis  
Definit.

32. Generis loco ponimus *Dignitatem eminentiorem (vel Excellentiam)* ut distinguamus *Nobilitatem Philosophicam* quæ in virtutis studio consistit à *Nobilitate Politica;* quarum

Def. resol-  
vit. in ele-  
ment. 1. Ge-  
nus.

ista gentium & Nature jure hominib<sup>9</sup>  
competens recte Nobilitas & Dignitas  
Communis dicitur; Hæc autem cum  
præter virtutem habeat Principis au-  
thoritatem & declarationem Nobilitas  
specialis & eminentior Dignitas<sup>9</sup>  
nūcupatur. Cōcept<sup>9</sup> Genericus fuit:

II. Differ:

33. Specificus sequitur in quo  
continetur subiectum, fundamentū &  
Causa. Hæc dignitas nō cuivis cōpetit  
supposito; nā ut nō omnia supposita  
ratione sunt prædita & voluntate dona-  
ta, ita nullū brutorū vera virtutis, quæ  
fundamētū est nobilitatis; est Capax;  
Negato n. fundamēto, fundatum nequit consistere.

Subiectum  
Nobilitatis

34. Dicimus Dignitatem illam,  
non cuivis competere personæ, sed  
tantum illi quæ vel propriâ virtute,  
principis merita est favorem; vel  
Nobili nata est sanguine. Hinc in confes-  
sō est Nobilitatem non cuivis homini esse tribuen-  
dam, sed illi tantum qui est Idoneus. Idoneus  
a. est quem virtutis commendant orna-  
menta. Ut enim non ex quovis ligno fit Jovis  
statua, nec ex quovis marmore Venus; ita non ex  
quovis homine Nobilis formari potest. Nam.

Quem genus & genius, pariter virtutis & artis  
Nobilitant, vere Nobilis ille vir est.



35. Hinc oritur duplex Nobilitas,

1. *Generis tantū*, Manca & Imperfecta.

2. *Generis & virtutis*; Perfecta. Hæc

est quæ utroq; fundamento nititur,

*Excellenti sc. virtute*, eaq; vel *Continu-*

*atâ* à primo stemmate ad posteros;

vel *propria* cum collatione dignita-

tis illius facta à persona, quæ Nobi-

litem possit conferre.

36. Manca est quæ tantum alte-

terum fundamentum habet, nempe

vel *collationem dignitatis* à persona

ius Majestatis habente, vel *prescriptio-*

*nem*: huc ptinent ij q solis *divitijs* in

ordinem Nobiliū adsciscuntur, &c.

Neq; n. facilius solo beneficio ex ignobili Nobilem

facere quis potest, quam ex stulto sapientem.

37. Manca hæc dicitur, quia Ti-

tulus nudus sine re, & relatio sine

fundamento; Undè qui illam jactant,

*salse Ridet Anton: de Gvevar: cum di-*

*cit Majores nostri in Campo Lanceis pu-*

*gnabant, nostri v. Adolescentes de fami-*

*lia ad mensam nunc linguis praliantur.*

Et Desid: Erasmus Epist: 47, ad Henr.

Nobilitas

Duplex

1. Perfecta;

2. Manca.

Hippol.

Nob. th. 11.

Horol p.

proce. ad

Car. v. Imp.

n. 46.

VIII. R. Ang: *illam Cenotaphio compara-  
ravit, quod genus, nomen & stemma fo-  
ris ostendit, intus vacuum est.* Tales  
vehementèr taxat Poëta:

Palingenio  
in Zodiaco  
vite.

Attamen, o, mores, o mira insania, quis non  
Vult dici & credi nunc nobilis? o, nebulorum  
Turba audax, o, vile pecus, te nomina clara  
Delectant, tibi fama placet, tibi gloria, cur non  
Et labor & virtus etiam placet? ut meritò sis  
Nobilis? An mavis, sapiens iustusq; vocari;  
Nomine mentito quam vero? cur tibi nustum  
Falsus, cur panis falsus, cur cætera falsa,  
Non sunt grata, velut mendax ac futile nomen  
Nobilitatis amans? o larva, o, simia, disce,  
Disce prius frenare animum, compescere cæcos  
Affectus, ratione uti, vitare nefanda,  
Iusta sequi, te nosce prius, durosq; labores  
Amplecti ne te pigeat, vilemq; fugato  
Desidiam, ut possis culmen virtutis adire,  
Tunc iure ac merito diceris Nobilis -----

Simon Ma-  
iol: Episc:  
vvulturar:  
Col. vii.  
Th. i.

*Proindè faceffant ij, qui Nobilita-  
tem habent in astragalis, ut est in prover-  
bio, nec animum generis splendore di-  
gnum gerunt, qui dignitatem majorum  
virtute comparatam foedis factis ami-  
serunt, qui timiditate, avaritia, flagi-  
tiji atq; sordibus & omnium rerum  
inscitia se in infimam turbam conijciunt,*

neq;

neq; tamen desinunt de familia sua perit-  
 lustrari. Quæso enim, quem  
 fructum feret istud nudum familiae  
 nomen, cum Resp: in ultimum di-  
 scrimen venerit armorum: aut do-  
 mesticis seditionibus agitata fuerit?  
 in tanta re (inquit Salust:) *trepidant,*  
*festinant.* Virtute & consilio  
 res geruntur, non fumosis imagini-  
 nibus. Multa quidem adhuc à nobis dicenda re-  
 stant, quæ ne à nobis tractari possint valde vereor;  
 Progrediemur igitur quantum licet, etsi non quan-  
 tum lubet.

38. *Fundamētū Nobilitatis* cui ut æ- *Fundamēt.*  
 dificiū basi supstruitur est *virt<sup>o</sup>*, Hæc *Nobil.*  
 enim præsentē vel absente statq; caditq; Nobilitas.

39. Virtus illa est Duplex; *Sa-*  
*gata & Militaris* quæ patriam a peritis defendit  
 armis & hostem vastatorem pro viribus depellit.  
*Vel Togata & Civilis*, quæ consiliis pruden- *Virtus civi-*  
 tioribus patriæ succurrit, eamq; hostium invasio- *lis duplex,*  
 nibus subtrahit. Sub Militari animi magnitudinē.  
 Sub Civili Justitiam, magnificentiam, Eloquentiā  
 & Juris Civilis prudentiā, &c. comprehendimus:  
 Non minus namq; his quam illis Nobilitas com-  
 paratur.

40. *Virtutem sagatam nobilita-* *Virtus Mil-*  
*tis fundamentum esse nemo nega-* *lit:*  
*vit,*

Hippol: de  
Nob. th. 14.

vit, qui Nobilitatem non negavit,  
itaq; si quis magnitudine animi, qua in  
periculis cernitur polleat, si arte militari  
excellat, ejusq; clarum aliquod specimen  
non semel præbuerit, viam ad Nobilita-  
tem sibi aperit.

Salustius,

Sic hostem ferire, murum  
ascendere conspici, dum tale facinus faceret, pro-  
perabat; eas Divitias eamq; bonam famam, ma-  
gnam Nobilitatem putabant.

Virtus To-  
gata.

41. Virtutem posteriorem non-  
nulli qui Marti quam Minervæ fue-  
runt faventiores, dignitatis istius  
gradu spoliare sunt aggressi, sed ir-  
rito conatu: Nam Togata virtus sapi-  
us patriæ plus prodest quam militaris, quæ  
hostem arcet ne noceat, Illa hostem depel-  
lit ne amplius noceat.

42. Subjuximus in Definit:  
Reipub: & communi vite salutare; ij  
enim quorum nec maiores, nec illi ipsi Reipub:  
profuerunt, inter veros Nobiles numerari non  
possunt.

Causa effi-  
ciens Gene-  
ralissima.

43. Causa Efficiens Nobilitatis  
est Prima, vel à prima dependens; pri-  
ma causa est Deus; qui ut fons est &  
origo omnis boni; ita Nobilitatis author  
& lar.



Et largitor negari nequit: Nam ipse est Ps. 84: 12.  
qui gratiam & gloriam concedit. Qui  
erigit è pulvere tenuem, è strequilinio e-  
levat egentem, faciendo quod consideat  
cum ingenuis, cum ingenuis populi sui. Ps. 113.

Quod agnoscunt pij principes &  
Reges, qui se DEI GRATIA, tales  
vel tales esse in frontispicio suorum  
decretorum testantur. Hoc & Ethni-  
ci agnoverunt: Expresse enim testatur  
Cic: Nullum unquam sine afflatu  
Divino, magnum extitisse virum.  
Hanc causam licet in Definitione  
expresse non nominemus, non ex-  
cludimus tamen sed præsupponi-  
mus.

De natura  
Deorum.  
L. 1.

44. Causa à prima dependens &  
propinquior sunt Reges, Imperatores  
& alij superiores nisi DEum & En-  
sem in terris non agnoscentes. Atq;  
hec Nobilitas à summa M. te persone ido-  
neæ collata & donata omnium habetur  
præstantissima: ut enim laus est à lau-  
datis laudari ita summæ laudis est  
à lau-

Causa effi-  
propinq.

Tiraq: de,  
Nob. c. 6.  
n. 7.

â Laudatissimo virtutis accipere  
præmium.

Causa For- 45. *Causam formalem* dicimus  
malis. ipsam â plebejorum numero exem-  
ptionem factâ â Majestate summa  
Nam ut non sufficit ad nobilitatem  
sola *Causa Impulsiva & Irritans* virtutis  
sz. *Ita Nobilis non est qui vel se ipsum  
vel quem alij Nobilitate dignum  
judicant.*

Tiraq: de  
Nob. cap. 4.  
N. 13.

46. Formam sequuntur *Privi-  
legia* quibus Nobiles donantur; qui-  
bus adduntur Insignia & Tituli  
*Privilegia* dividi solêt, in *Presumptio-  
nalia & Collationalia*; *Privilegia Præ-  
sumptionis* sunt 1. Quod Nobiles in re  
illicita innocentiores plebeis præ-  
sumuntur: *virtutem enim innocen-  
tie præsumptio sequitur.* 2. Quod in  
testimonijs ferendis, plus fidei me-  
rentur quàm plebejus, &c.

47. *Collationis privilegia*  
*maxima & amplissima nostris Nobilibus  
olim indulta, vigore Consuetudinis*

concessa & à proximis Regibus confirmata novimus. Quod ex cap. 2. 4. & 8. & c. Kong Bolk: L. L. constat, & statutis Regis Magni Ladulåas 1285. R. Birgeri, confirm: legist: 1294. R. Magni Erici confirm: L. 1346, Regis Alberti assecuratione, 1371. & ejusdem, Gryphsholm, 1383. Reginae Margaretæ assecuratione 1388. Regis Erici Pomerani obligatione 1394. Nec non Gustavi Lmi & R. Joh. III. Et specialiter R. GUSTAVI ADOLPHI Magni, 1611. Nycop. Holm: autē reperit: 1617. & 1626. Ex Regis Gustavi M. præcipua & paucalibet decerpere vestigijs insistendo Clarissimi Præsidis in prælect: politic. Nobiles in assequendis honoribus, magistratibus & dignitatibus præferuntur, hinc s. Colleg. Supremorum præsides, Senatores, Consiliarij Camera, Legati, Iudices Secretarij, eliguntur. Quibus etiam salaria optima decernuntur. 2. De Existimatione & honore Nobilium peculiariter cavetur ne à quopiam impunè viole-

Priv. Nob.  
Svec. p. 3. 4.  
5. & 6.

Punct. 7. violetur, ne dum in Carcerem, causa  
inauditâ impingantur. Ut & Delin-  
quentes & securitatem illâ quâ Rex  
jure jurando stipulatus est subditis'  
suis violentes salvo conductu gau-  
dent. *Nec coram Inferioribus Iudici-*  
*bus in capitalibus stare tenentur.* 3. In  
fodinarum, Sylvarum, venationum,  
fluminumq; usu, præferuntur.  
4. Manuarios proprios familiæ ne-  
cessarios habere licet: proprium  
carcerem; quo coërcendi eorum  
famuli, ministri & subditi, si deliquere-  
rint, nec in alienum immediatè ob-  
torto collo compellendi, multaq;  
*Domino Nobili* competit. 5. Iphis  
competit *jus patronatus in ecclesijs* ubi  
habitant. 6. Annonam quoq; &  
*merces* ex bonorum proveutu, absq;  
onere transportare; ne non ab ex-  
teris ad familiæ sustentationem &  
armaturam necessaria permutando  
vel emendo acquirere permittitur.  
Fundos quoq; in Civitatibus ab o-  
mni exactione exemptos (*nisi inibi*  
*nego.*

p. 9.

é. 22. & 24.

§ D. 3. ore b.

L. L.

p. 16.

p. 24, 25, 26.

29, 28. & 29.

p. 30.

p. 17.



*negocietur*) possidere fas & integrum est. *Ceterum de alijs Nobilitatis juribus & prerogativis vide predictas ll. & statuta.*

48. Privilegia comitantur *Insignia*, *W. pn/ Stöldemarck*; q<sup>b</sup> non tantū apertā illa *Cassid. e, & clatratā galea* discernuntur a plebeis; Sed etiā *virtutes* eorum, Hieroglyphicè exprimuntur. Capita enim & Oculi Bubulorum & Urorum fortitudinem cum prudentia, coniunctam denotare solent. Leones magnanimitatem significant, &c. *Insignia* hac frequentissime facinus aliquod egregium denotare solent, diutissime quoq; in usu fuisse testantur *annales*, Hinc illæ equestres apud Romanos imagines, Coronæ murales, Castrenses, triumphales, &c. Et quis tam multa virtutis insignia, atq; laudis ornamenta, poterit explicare, quam multa & nostris *Nobilibus* olim & hodie concessa sunt; Nam cum aliquis operam in bello vel *Toga* prestitisset egregiam, Creatur à Majestate nobilis & conceditur ipsi *insigne* aliquod virtutis gestare, per quod nobilitet

Insignia & signa honorifica Nobilitium.

genus; & posteritatem ad similis  
 facti memoriam excitaret. *Alijs igitur*  
*Castella ut famil: Wrangliane:*  
*alijs Leones catenis vincti ut Gyllen-*  
*hielmiane, alijs globuli ferrei, plum-*  
*bei, &c. aut quidvis aliud pro magna-*  
*nimitate & numero hostium, quos in præ-*  
*lio aliquo durissimo interfecerunt, insi-*  
*gnium loco obtigerunt: Alijs for-*  
*tassè ut ostenderetur ipsos lumen re-*  
*buss patriæ afflictis attulisse Stellis Scuta*  
*distinguebatur, alijs deniq; alia con-*  
*cessa sunt quibus virtutis suæ memori-*  
*am proderent.*

Instrumentum.  
 Nobil.

49. *Insignia illa confirmantur*  
*per Instrumentum vulgò Wapnbress*  
*quod continet verba principis nobilem*  
*Creantis & privilegij donantis.*

Tituli Nob.

50. *Honoris Tituli quibus Nobi-*  
*les compellare solemus, sunt varij: Alij*  
*Nobiles simpliciter Edle/ Wälbördighe/*  
*Junkare. q. noviter tales esse ceperunt*  
*Alij Nobilissimi, Generosi, Strenui, Illu-*  
*stres, Edle Wälborne/ qui non tantum*  
*nobilem generis prosapiam, numerare*

no-ve-

noverunt, sed etiam alijs propria virtute  
innotuerunt. Alij Illustrissimi, Genero-  
sissimi, &c. Högh Edle / Höghborne /  
Högh Wälborne / Nädighe / dicuntur..

51. Deinde Nobilitatis tanta vis est;  
ut quamvis ejus sit propria a quo  
manat, egressa tamen mortalitatis  
fines, non cum homine intereat,  
cujus vita angustis finibus circum-  
scripta est, sed ad posteros ordinariã  
successione transmittatur, & qui-  
dem ut ijs, nisi sibi ipsis defint, faci-  
lem expeditamq; viam ad ingentia  
vitæ comoda & amplissimas di-  
gnitates patefaciat. Spes enim maxima  
est de nobilibus, fore, ut liberi quemadmodum  
patris lineamenta referunt, Parentis etiam virtutem  
incensi virtutis amore referant.

Hippol. in  
Nob. Axio:  
28.

*Fortes (inquit ille) creatur fortibus & bonis  
Excitat quoq; nobilitas in magnis  
animis generosam emulationem, non so-  
lum parentum nobilitatem æquandi, sed  
etiam superandi; ut de Alex. M. & alijs  
multis percepimus.* Magnum habet acule-  
um in heroicis ingenijs recordatio eorum, quæ  
maiores cum laude gesserunt.

Horat:

*Quod si quan-  
do mi.*

*do minus accidat, id parentum prava educationi & alijs causis tribuendum est.*

Causa fin:  
Nob.  
I. Princip.

52. Finalis causa Nobilitatis alia est *Principalis* alia *minus Principalis*. *Principalis* est Gloria Dei, cum n. omnia bona à Deo accepta, ad benignissimi datoris gloriam extollendam debeamus convertere, quis neget nobilitatem ad idem præstandum esse obstrictam.

II. Minus princip.  
tripl.conf.

53. Finis minus principalis, respectu hominum consideratur tripliciter, vel *Ratione ipsius Nobilis*; vel *Ratione aliarum personarum* vel deniq; *respectu totius Reipub.*

I. Ratione ipsius Nob.

54. *Ratione ipsius Nobilis*: Nobilitas nihil aliud est, quam *premiu[m] virtutis, & publicum fortitudinis vel scientia testimonium & iudicium*, quod omnibus dignis & benè meritis tribuere tenetur S. R. M. tas jure divino & humano. Siquidem in summa Mafons & scaturigo non est obstructa: & ideo hodie idem virtuti præmiu[m] quod olim, est propositu[m]



55. *Respectu aliorum* nobilitas est quasi incitamentum virtutis & scientiæ: quando enim benè meriti honorum titulis ornantur, ceteri virtutis amore incenduntur & spe præmij excitantur.

2. Respectu aliorum.

Schonb. l. 3. pol: c. 20.

56. *Respectu totius reip.* finis est *politia salus*; ut verò illa est urgenda, ita illi qui virtutis studio detinentur, & reip. vel *Consilio* vel *Auxilio* præstò sunt, coronandi ut ulterius in reipub. salutem inflammentur & invitentur, & veluti astra in sublimi posita & collocata alijs præmio & prærogativâ præluceant, ut cum auctoritate imperare possint.

3. Resp. politia.

57. Reges & Principes, non tantum majoris auctoritatis, sed & incitamenti causâ, quo juvenus magis ad virtutis studium, & res pleclarè agendas stimuletur, nobilitatis ministris dederunt potestatem gestandi aureas catenas, annulos, sericas & alias preciosas vestes. Sic Josephus à Pharaone induitur annulo in manu, vestitur stolâ byssina & collo torques aurea com-

Gen. 41.

ponitur. Rex Alexander iubet Jonathan indui  
I. Mach. 10. purpura & mittit ei fibulam auream. *Hac de No-*  
*bilitate Generis & sanguinis, ejusque precipuis*  
*Gradibus & Ordinibus breviter hac vi-*  
*ce dicta sufficiant,* Plura quidem congrue ad-  
modum ad hunc discursum referri potuissent,  
quæ omnia commodiori tempore reservabimus,  
Quæstiones nonnullas statim & se-  
orsum recensebimus.

58. Agemus jam brevissimè  
de Nobilitate, quæ respectu *solius*  
*Qualitatis Personalis* contingit, cum  
hic loci à Politicis de ea tractari so-  
let. Sic Doctores per ipsam *gradus*  
*Doctoralis* collationem Nobilitatem  
consequuntur, & gaudent nobilium  
privilegijs. Et ipsi *artium magistri &*  
*poëtae*, prout Illustris & Generosus  
Dominus, Dn. Steno Bieleke p. m.  
de Kraferum/ non excluduntur, in-  
quit. *Quem laudat etiam Gravissimus*  
*Ludenus;* præsertim cū videamus,  
olim in Regia Urbe Constantino-  
poli non magis *ICTos*, quam *Gram-*  
*maticos & Sophistas* Professores post

In cōment:  
de Acad:  
l. m.  
Disp. de  
Nob.

20. Stipendia, *Comitiva honorem me-*  
*ruisse.* L. Ulic. C. de Profess: qui in Urbe Const:  
doc: ex l. m. e.

59. Et licet in nostra Patria,  
vulgò non ita habeantur pro No-  
bilibus, nec ita salutentur & au-  
diant, esse tamen virtute Nobiles nõ  
negandum. Quæ nobilitas,  
non est negligenda & in com-  
paratione, non postponenda  
illi nobilitati, quæ ex Genere  
duntaxat est, sed multorum iudicio  
est anteponenda; Nā quemadmodum au-  
rum non tantum opinione & iudicio hominum,  
sed insita bonitate aliis metallis prævalet,  
Sic virtute & eruditione præstantes  
viri, civilia licet ornamenta non  
adepti, in universo naturæ theatro,  
resplendent. *Itaq; omnes cujuscunq;*  
*conditionis homines, hanc ut acquirant*  
*Nobilitatem, studio summo studere debent.*

Besold. l. 1.  
c. 11, n. 47.

60. Tandem etiam notandum  
alios viros graves cum in numerum  
publicorum munenum adoptentur,

facile quasi Nobilitatem adipisci  
undè præferuntur aliquibus nobili-  
bus in salutationibus sessionibus &  
alijs &c. *Sed Manum de tabula.*

61. Nunc fasciculum nobilissi-  
marum quæstionum ad hanc mate-  
riam spectantium, earumq; succin-  
ctam enodationem subjungere pla-  
cet, *quarum prima esto.*

Quæstion.  
I. Quæst.

I. An Divitiæ Nobilitent? Si vul-  
gi valeret judicium affirmativa ad-  
mittenda esset; quã tamẽ sententiã  
omnes saniores jure meritoq; rei-  
ciunt. Fatemur quidem Divitias  
ornamentum nobilitatis, negamus  
causam, *Disting. itaq; est* I. *Inter Es-*  
*sentiam Nobilitatis, & ejus ornamentum*  
Divitiæ sunt quidem *ornamentum*  
Nobilitatis, sed *non sunt de ejus essen-*  
*tia, & nobilitatem non adferunt.*

Dist. 1.

Dist. 2.

2. *Inter Nobilitatem popularem, quæ*  
*nititur genere & divitijs: & Inter*  
*Nobilitatem propriè ita dictam, quæ*  
*gaudet virtute cum parentum tum*  
*propria.*



2. An ergo sola virtus nobilitet, 2. Quæst.  
ut qui ab ea sit satis instructus, statim  
se Nobilem profiteri possit? *Pro  
questionis determinatione Disting. 1.  
Inter Nobilitatem Politicam & Mora-  
lem.* Hæ enim duæ sententiæ, ex  
genere & virtute nobilitari, non  
sunt contrariæ sed sibi invicem, sub-  
ordinantur. 2. *Quemadmodum gra-  
dus Doctõris & Magistri conferuntur  
propter eruditionem, nemo tamen pro  
Doctõre, & Magistro sese venditare de-  
bet, nisi renunciatus ab eo, qui rei illius  
habet potestatem. Ita nec ex virtute,  
quisquam nobilis est, nisi declaratus con-  
sensu ejus, cujus ea est potestas.*

3. Utri sint antepõnendi, ij qui 3. Quæst.  
nullo domestico exemplo incitati,  
ad Nobilitatem pervenere, an illi  
potius, qui gloriam majorum virtu-  
te partam, omni pectore cõservant.  
Hosce antepõnedos putant, *Novi  
n. tantum virtute suâ; hi quia majorũ  
vestigijs ingressi sunt, non tantum  
sua, sed suorum etiam virtute clari exi-  
sunt.*

Non minor est virtus, quam quarere parta tueri,  
Et duo vincula fortius obligant,  
Remp: ad benefaciendum; proinde,  
*hic honorandus, ille laudandus, uterq;  
promovendus.*

4. Quæst.

4. An qui ex propriâ nobilitatur  
virtute, præferendus sit genere so-  
lummodò claro? Aff: quia Nobili-  
tas incipit in illo, in hoc desinit: Il-  
le stator familiæ, hic noxa est: ille  
salutem populi promovere studet,  
hic negligit.

5. Quæst.

5. Cur multi ex parentibus virtute  
claris orti degenerent? *Quæstio cer-  
tè, si ulla alia, dignissima juxta &  
amplissima; Nam quis est Negligentiæ tam  
supinæ, qui non dispiciendum existimet, qui fiat,  
quod parentes optimi, pessimos; sapientissimi stul-  
tissimos; felicissimi miserrimos liberos suscipiant  
ac relinquunt; Sed ad quæstionem;  
Nobilium filios à paternâ & avita virtu-  
te degenerasse notius est, quam ut proba-  
tione indigeat. Historias si consulere vo-  
luerimus tam sacras, quam profanas, e-  
xempla multò facilius colligi quam eligi  
possunt; ad causas itaq; veniemus,*  
qua

Quæ ex duplici fonte depromi pos-  
 sunt, *Theologia* nimirum & *Philoso-*  
*phia*; Illas cum non sint nostri fori  
 omittimus has prosequimur: quæ  
 vicissim sunt in duplici Differentia;  
*Physica* & *Morales*. Nam 1. Non so-  
 lã naturã bonos homines effici omnium scripto-  
 rum consensu receptum est, Habilem quidem Na-  
 tura facit; non dat habitum, inclinã non cogit, cui  
 nisi doctrina & præcepta magistræ morum Philo-  
 sophiæ præstò sint, quid mirum si plerumq; præ-  
 ceptis ad malum agatur. *Plut:* hac de re in hũc  
 modum loquitur: Quod homines  
 q̃ alioqui sunt nobiles & virtuosi a-  
 liquando vel opum & divitiarum ac  
 pulchritudinis gratia, ignobilem &  
 non benè moratam uxorem, sibi ad-  
 jungant, quæ ut conjunctissimum  
 est in generatione filiorum princi-  
 pium, ita validissimum est ad natu-  
 ram eorundem depravandam, si sit  
 mala. Et hæc est prima ratio Phy-  
 sica. 2. *Est incommoda & immatura*  
*etas*, non enim omnis ætas genera-  
 tioni apta est, saltem perfectæ:  
 Cœli soliq; constitutio felix &  
 salu-

Physicæ  
 causæ de-  
 generat.

Ex Xenoph  
 in opus pro  
 Nob.

Consultat  
inter alios  
Levin:  
Lemn:  
in libro de  
occul. nat:  
mir: qui  
volet.

Mor. causæ  
Degener: I.

2. Causa.

3 Causa.

salubris. Neq; ea causa quas enume-  
rant, Rerum naturalium rigidi Censores  
qui de occul. nat: miraculis scripserunt  
minoris sunt momenti, sed cum à Ca-  
stissimis Studiosorum oculis & au-  
ribus nonnihil sint alienæ, easdem  
afferre nolimus: *Inter Morales cau-  
sas occurrunt: 1. Educationis Ratio præ-  
postera*, huc quadrat comici illud: ut  
quisq; filium suum vult ita est, &  
qui non vetat peccare cum possit ju-  
bet. Si enim pueris à teneris unguiculis, facere  
permittitur, quidquid libet, si parentes, nutrices,  
domestici ne hiscere quidem, nisi ad ipsorum ani-  
mum audeant: certè flexus & motus animorum  
in gyrum rationis ducere, cupiditates reprimere,  
libidines coercere, perturbationes edomare, ne  
adulti quidem & viri peterunt. 2. *Causa est*  
quod bonam ætatis partem liberi  
in Gynæceis inter ancillulas, inter  
amiculas, inter matres educuntur.  
muliebriter, molliter, lautè, delica-  
tè, ut sexu quidem viri sint, sed ani-  
mo fœminis languidiores. 3. *Præ-  
ceptorum flagitiosa indulgentia*, ita si-  
quidem plerumq; evenit, ut Magi-  
stro-



strorum plurimi, matrum gratiam  
& favorem aucupentur, discipulo-  
rum captent benevolentiam, mer-  
cedi inhiant, premia expectant olim  
si adoleverint, solvenda; *Quibus ut  
potiantur: nihil non ferunt, nihil non  
permittunt alumnis; ociari, stertere,  
alea ludere, amori & ludicris indul-  
gere; nihil pietatem, nihil bona-  
rum literarum studia curare, omni  
virtutū generi longum valedicere:*  
hæc nō solum tolerant, sed etiam te-  
gant, excusant, palliant. *Sunt & alij  
Præceptores non nihil meliores, qui si Di-  
scipuli paululum profecerunt; Dij  
boni quos clamores excitant, novit  
alumnus discrimen inter oves & o-  
va perfectus est Grammaticus; Cau-  
sas quatuor esse didicit, absolutus est  
Logicus. Genera Causarum in Rhe-  
toricis hæsitanter recitare potest o-  
ptimus est orator, Cicerone elo-  
quentior. Deniq; non infrequens est  
& tertium illud præceptorum ge-  
nus, qui quæ non probanda videntur  
qui-*

quidem & dolent, avertunt corrigere  
sed emendare non audent. No-  
runt enim quid contigerit Senecæ, qui ob plagas  
quas Neroni inflixerat, postquam ille Lupi Catu-  
lus adoleviscet in labro aquæ calidæ venas secare  
passus interiit. Tandem 4. ut Comici iudicium  
interponemus, qui apud Magnates primas tenere  
assentatorem, secundas Sycophantâ, tertias ma-  
litiosum. Ut enim Musæ circa culinas volitant  
& cœnaculorum parietibus adhærescunt; ita pa-  
rasiti non nisi Locupletiores & Nobiliores infe-  
stant Adolescentes; His autem nequam facile est  
Adolescentes rerum imperitos, sensim ad turpissi-  
morum scelerum, & gravissimorum malorum,  
præcipitia, vel invito adducere. Cum itaq; tot  
apud Eximios viros educationis impedimenta  
sint, quis porro, Heroum filios noxas esse mirari  
poterit? Et sic huic quæstioni cum Deo Finem  
inponimus.

6. Cum duplex gradus sit ad No-  
bilitatem, *Toga* nimirum & *Sagum*,  
quæritur; Utrum horum alteri præ-  
stet? Togatam armatæ militiæ præ-  
stare videtur; cum hæc ab illa re-  
gatur, & beneficio ejus plerumquæ  
aquiratur; nihil n. sunt foris arma ni-  
si res sint domi consilio & pacis  
artibus constitutæ: qui verò utra-  
quæ, Heroum numero jure merito-  
q; censendus est.

7. An

7. An patria municipales suos nobilitet? N. Recte enim Agelilaus, q̄ puer ad huc, cum in Gymnicorum ludorum celebratione, in loco parum honorifico, à chori Magistro locaretur, quamvis Rex declaratus esset, paruit; ostendam inquam, non loca viris, sed viros locis dignitatem consiliare.

8. An rusticus emens feudum Nobile, Nobilis fiat? *Non magis fieri eum Nobilem, quam emens domum Consulis Consul fit?* Res enim hominibus, non Rebus homines accedunt.

9. An literæ offuscent Nobilitatē? *Ita nonnullis non hominibus visum est, qui literis tinctos vulpeculas Scholasticas, &c. per Calumniā appellitare cōsueverint, & nota est Licinii Imperatoris, alias etiam non admodum laudati historia, qui literis adeo infestus erat, ut virus & pestem publicam illas appellaret. Ed etiam mores apud alios gentes deciderunt, ut qui se nobiles esse gloriantur, nihil magis obesse nobilitatis detori, quā literas ducant. Cum tamen nihil est quod eam magis illustret & ornet; Contra verò ignorantiam disciplinarum, dedecere admodum & debonestare.*

Et

Et profectò quid nobili magis necessarium, quam  
 STUDIUM THEOLOGICUM, ex quo ani-  
 mulæ suæ aeternum consulere potest. Quid ma-  
 gis necessarium quam STUDIUM JURIS,  
 unde bonum vel æquum & iniquum, iustum &  
 iniustum discernere discet. Et præterea testimo-  
 nio Q. Mutii Servio obiectanti; Turpe esse Pa-  
 tricio & nobili viro ius ignorare. Quid utilius  
 STUDIO MEDICINÆ unde rationem  
 sanitatis conservandæ, vel etiam amissæ recupe-  
 randæ haurire possit. Quid deniq; fructuosius  
 PHILOSOPHIA; Unde multiuga rerum  
 cognitio & felicitas comparatur. *Nemo itaq;*  
*sanae mentis negare potest Doctrinam &*  
*eruditionem, si qui quam aliud nobiles*  
*decere & cohonestare. Et scientiæ defe-*  
*ctus per Nobilitatē non suppletur.*

10. Quæst. 10. An tituli gradusq; Doctora-  
 lis Assumptio nobilitatem dede-  
 coret & offuscet? *Non sumus ne-*  
*scij quosdam quibus de Crassiori luto fin-*  
*xit præcordia Titan, ambabus manibus*  
*affirmantem amplecti sententiam, sed*  
*quâ ratione, quo fundamento non dum*  
*videre potuimus.* Vellemus ut illi historias  
 saltem noscerent, ex quibus intelligerent Maxi-  
 mos Principes, Reges, Imperatores, aliosq; homi-  
 nes nobilissimos, honores hosce non respuisse;  
 Et prima graduum exempla in Germania, non ad  
 plebe-



Plebeios aliquos, sed ad nobilissimos genere ho-  
mines relata evincit gravissimus consensus histo-  
ricorum. Sic Johannes Dux Megapoli: Theolog.  
Doct. Herimannus Hassiæ Princeps Magister, &c.  
Et ne nostros Nobiles prætermittamus Archiepisc: Joh. Messin.  
& Episc: proximos olim à Rege nobili sanguine, Chron:  
ortos utpote Doct: Johannem eiusq; fratrem M. Episc:  
Olavum Stooræ. M. Catillum Caroli Christ. Eq:  
A. & Senat: fil. Episc: Lincop. Doct: Hemm-  
gium Gadd. Jur: Doct: Conradum Rogge Stre- Theat.  
gnens: Doct: Birgerum Aros: M. Conradum Nob. Svec:  
Bitz nobilissimi Castellani Abœnsis fil: &c.

*Et cum nobiles Literarum Studia sibi ma-  
xime commendata habebunt; cur non e-  
tiam graduum assumptionem, quæ nihil  
aliud est quam morum & studiorum vi-  
vum speculum & Testimonium publicum.*

11. An Nobilitas potest amitti?

Nobilitas virt: si intellig. cum etiam ipsa virtus  
amitti queat, amitti posse vix dubitandum.

Nob: Generis amitti posse, probat  
cum experientia cap. 21. Kong. B:  
L. L. & c. 22. eod. cum p. 37. priv: ord:  
Equest: & p. 42.

12. *Cur nobiles accuratiore indigeant  
educatione?*

13. *An ad vitã rectè instituendam magis  
conferat Nobilitas, an potius congruens  
educatio?*

14. *An parentum vitia quoq; in filios transeant?*

Distinctio-  
nes.

62. *Distinctionum maxima est utilitas, cum sepè apta distinctio est instar Commentarij. Ideoq; non incommodum fore putamus, manipulum earum distinctionum contexere atq; hoc loco annectere quarum & fundamentum in superioribus Thesis, tanquam seminibus, & usus in ipsius Nobilitatis cognitione cernere, licet cuilibet uberrimos. Sit itaq; distinctio.*

1. Nobilitas alia est 1. **DIVINA** quæ est elevatio gradus & naturæ rei ad Deum. Hinc D. Hieron: ad Celantiam scribit: Sola apud Deum Nobilitas est non servire peccatis. 2. **MORALIS** quæ nihil aliud est quam habitus virtutis more & assuetudine comparatus. Hæc nostra propria Censenda est. 3. **POLITICA**. 4. **Fortunæ**, externa quædam nobilitatis imago in bonis fortunæ refulgens.

2. Nobilitas Generice accepta complectitur omnes gradus Nobilitatis, imo ipsam Regiã Mai, ut supra dictum, quæ Sacratissima & Diva Maiestas Salutatur **E. R. Majestet** / Principes vero Serenissimi & Illustrissimi audiunt **Edhers Förstelligh Nådhe** / Supremæ Classis deinde Illustræ Prælustres **Grefweligh Nådhe & Nådhighæ Zerrar** / præsertim in publica functione constituti vocantur, Secundæ Classis Generosi, &c.

3. c.

*Zerrar / Zerreständ; Personer / & Infimæ  
Classis, Nobiles & Nobilissimi, Edle / Wälbörd.  
Junkare / &c.*

3. Nobilitas alia est Generis tantum, alia Gene-  
ris & virtutis simul, alia virtutis tantum.
4. Nobilis vel est Natus vel factus.
5. Aliud est virtus aliud insigne virtutis.
6. Divitiæ considerantur vel simpliciter vel mi-  
stim.
7. Bona sunt Triplicia Imperfecta, perfecta  
perfectissima; vel, fortunæ, corporis & animi.
8. Nobilitas acquiritur vel tacite vel palam.
9. Dignitas est nomen generale & multifariam  
accipitur.
10. Duplex dignitas simplici præferenda.
11. Dignitas alia est Juris alia facti.
12. Militia alia est humana, alia Divina.
13. Privilegium aliud est Personale aliud Reale.
14. Aut illud ex quo acquiritur Nobilitas tran-  
sit ad posteros, puta, Regnum Ducatus, Comita-  
tus & similia, aut non transit.
15. Honor est vel æternus vel temporalis.
16. Honor alius est Internus, aliud Externus.

Verum.

*Est jã temp<sup>9</sup> equū spumantia solvere colla:*

---

## P A R E R G A.

I.

*An quispiam vere audiat Politicus, qui non  
est Jurisperitus? N.*

D 2

2. An

2. *An Jurisperitus quatenus talis, debeat esse Philosophus? Aff. An v. Theologus? N. Quia Principia juris Naturalia, sunt. In Christiano tamen S.S. Scripturae cognitionem requirimus, ne natura nimium confidens in Deum peccet.*
3. *Quænam sit propria sedes Liberi arbitrij? Resp. Liberum arbitrium esse partim in intellectu, partim in voluntate: Et respectu illius monstrantis objectum prosequendum aut fugiendum, nominari arbitrium: respectu vero voluntatis, judicium intellectus sequentis aut repudiantis, appellari liberum.*
4. *An Notitiæ quædam nobiscum nascantur? R. Non ipso actu sed tantum potentia, quæ postea per sensum, memoriam & aliquoties repetitam experientiam in habitum coalescit. Subsistimus tandem & ita concludimus.*

GLORIA sit Patri sit Nato GLORIA Sancto  
 GLORIA Spiritui, Triadi sit GLORIA Sacrae





A D

*Politissimum atq; Præstantissimum*


**Dn. RESPONDENTEM**  
Pro Gradu in Philosophiâ Dispu-  
tantem,

**DECASTICON;**

**E***Ximios magnū est benè Nobilitatis honores,  
Et meritos Equitum posse referre gradus,  
Veram itidem verè depingere Nobilitatem,  
Non minus est; apto posse colore dare.  
Hoc tentans juvenum Musis suavissime GARTZI,  
Hæc quam castra ferunt, Nobilitate clues.  
Pluribus ingenium, multis industria clarè,  
Et labor & studium nota specimīnibus.  
Perge ita! quis Sophiæ nunc dignus haberis ho-  
nores;  
Ritè exulta tibi post Themis alma dabit.*

*Quo calidum suum affectum,  
licet occupatissimus, non  
contestari non potuit.*

**MICHAEL O. WEXIONIUS**  
*Pol. & Hist. Prof. P.*



Politissimo Magnæq; Expectatio-  
nis Viro-Juveni,

DN. JOHANNI GARTZIO  
WESMANNO, amico suo Per dilectō, pro sum-  
mis in Philosophia honoribus consequendis,  
de Nobilitate pulchrè doctèq;  
differenti.

Nobilis haud clarus majorum stemmata  
jactans,

Degeneres solo, stirpis honore cluent.

Nobilis ast verè quem nobilitat sua virtus,

Clarum quem præstant Martis & artis  
honus.

Nobilis es multū mi Præstantissime GARTZI,

Ingenio felix, promptus & eloquio.

Hinc meritò dignus palmâ tituloq; Magistri,

Et Laurus celso cinget honore comas.

Honoris & amoris ergo  
subjunxit

GEORGIUS ALANUS

Phys. & Bot. Prof.

AA

Ad Præstantissimum Iuvenem

Dn. JOHANNEM GARTZIUM

Candidatorij muneris,

GRATULATIO

**S**alebrosum est ad altiora iter, & virtutis prin-  
cipia dura: quippe mortales multo onere ad di-  
gnitates imus. Sed fructus qui cupit, altitudinem  
arboris non metitur: Sic quoq; tu GARTZI ho-  
nores accipis, quia onera haud detrectasti. Gratu-  
lor igitur tibi merito de prosperrimo ingenij proven-  
tu dignoq; laboris fructu. & cum hic honoris gra-  
dus non portus & finis laboris sit, sed acerrimus ad  
majora stimulus: itaq; precor, ut non ante per dura  
& salebrosa grassari desistat, quam egregijs ingenij  
facinoribus nomen tuum præclarum effecerit. Vale.

GUSTAVI Zernlodh.

Aliud ad

Dn. IOHANNEM M. GARTZIUM,

Philosophia Candidatum meritissimum, amicum  
suum intimum & ætatem honorandum.

**T**E laudent culpent vè alij, sic judicet ille,  
Sic hic, de Genij floriditate, tui:

Pat.

*Parnassi in medio genitum sed dicit Apollo  
Quin favet & Genio, Diva Themista tuo.  
Hinc ergo Sophien simul excolis atq; Themistā  
Et gravus peragis tempore utrumq; suo.  
Præmia larga feres etiam, nam præmia nunquā  
Debita commertis, denegat alma Themis.*

ERICUS GODENIUS<sup>o</sup>  
Vestman:



IVAT 3.11.1